



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

XX. Argvmentvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

num propositum, tamen sciendum est, dari remissionem, non propter dignitatem harum virtutum, sed propter mediatorem. Hec deatio sicut ex Paulo dimicante de particula gratis fide propter mediatorem.

## XVIII. ARGUMENTVM.

Vita eterna nominatur merces,

Ergo est debita pro operibus.

RESPONDEO brevissime. Phrasis nota est, mercedem dici tantum compensationem debitam, sed fructum qui sequitur. Deinde verum est, vitam eternam etiam si propter aliud datur, tamen etiam si ex mercedem, quia compestat benefacta, ut patrimonium est merces officiorum filij, etiam si accipitur propter aliam causam.

Considerandum & hoc est. Sæpe videntur Prophetæ phrasim legi, videntur interpretatio ex Euangelio sumenda est. Vt, Reddit vniuersaliter secundum opera sua, vbi tota conuersio intelligitur, & tamen secundum eum, fide primum gratis reconciliationem accipi, postea placere Deo fidem & incoartam obedienciam. Et pias mentes semper sicut decet dictum Iacob: Minor sum cunctis miserationibus tuis.

## XIX. ARGUMENTVM.

Iacob 2. Videris igitur, quod ex operibus iustificatur homo, non fide tantum.

RESPONDEO. Manifestum est in Iacobo fide tantum intelligi notiam historiæ, de qua noticia dicit: Demones credunt & contremiscunt. Facemur autem, neminem esse iustum sola illa noticia, sed Paulus loquitur de fide, quæ est agnitus & fiducia misericordiæ, quæ pacem afferit cordibus, ut inquit: Iustificati fide pacem habemus. Et discrimen in vera conuersione intelligitur, in qua fides vincit veros peccatores, & est motus Spiritus sancti, quo corda vniificantur, & accensura vera inuocatio, qua clamamus, Abba pater, ut dicitur in Zacharias: Effundam super dominum David Spiritum gratiæ & precum. Non igitur pugnat Iacobus cum Paulo, sed de alia re loquitur. Dicit ergo cum ait: Ex operibus iustificamur, phrasis intelligenda est. Non enim hic iustificari est reconciliari, sed postea habentes bona opera iustificantur, id est, approbantur, habentes iusticiam operum, quæ in reconciliatis iam placent Deo.

## XX. ARGUMENTVM.

Iustificare est ex iniusto iustum facere,  
Iustus est habens iusticiam, id est, obedienciam integrum, seu  
conformatatem cum Deo,

Ergo non sola fide iustificamur.

RESPONDEO ad Maiorem. Iustificare iuxta doctrinam Euangelij primum est ex reo non reum facere. Nam hoc agitur in veris

A 2 dolori-

doloribus, quæ erit remissio peccatorum & reconciliatio. Deinde dicunt conscientia. Ideo Acto. 10. dicitur: Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere nomen eius, omnes, qui credunt in eam. Sic clama Propheta: Iuvum me fac propter misericordiam tuam. Etsi autem veracessit hac consolacione, cum fide eriguntur corda, & retrahuntur timores, simul dabo Spiritu sancto incoari obedientiam, & habitare Deum corde tenet. tamen semper haec consolatio præbeat, quod non placeat propter mediatorem. Ideo iustificare prius unum hec signum ex reo non reum facere, & hanc relationem in verbo iustificare, p[ro]phetat Paulus, cum inquit: Iustificati fide pacem habemus. Etiam fides obedientia Christi, non propria nouitate. In infinitate anterius est Christi obedientia nostræ nouitati, sicut Paulus quid iustificati sanguine ipsius.

**QVARE NECESSE EST RETINENDA**  
exclusiā, Sola fide, seu Gratis?

**PROPTER** quatuor causas. **PRIMUM**, ut trahant honos debitus filio Dei, quod haec sola hostia sit premium proximi, iuxta dictum: Hic est agnus Dei, qui tollit peccata mundi. **SECUNDO**, ut conscientiae habeant firmam consolationem, iuxta dictum Rom. 4. Ideo ex fide gratis, ut sic firma promissio. Si tamen penderet remissio ex dignitate nostrorum operum, semper dubitaria certa, & opprimerentur perterrefacta mentes desperatione.

**TERTIA** causa est, ut conspicatur discernere legis & Evangelij, quia particula gratis fide propriæ mediatores principia diligit legem & Evangelium. **QVARTA**, ut invocatio fieri possit, quæ impeditur conspectu nostræ infirmitatis. Ideo accedunt est ad Deum fiducia solius mediatoris, iuxta dictum: Per hanc habemus accessum. Item Ephes. 3. In hoc habemus fiduciam & accessum confidentia per fidem eius. &c.

### DE BONIS OPERIBVS QVESTIONES TRES.

i. **QVAE opera docenda & facienda sunt.** 1. **QVo uero** placeant Deo. 1. 1. An maneat in sanctis peccata in lauita, & quæ peccata.

1. **QVAE OPERA DOCENDA**  
& facienda sunt?

**RESPONDEO.** Præcepta in Decalogo recte intellegio, iuxta dictum Ezechielis 20. In præceptis meis ambulate, & facite ea. Nam enim Deus immensa bonitate etiam uocem legis moralis in Ecclesiasten regnante.